

externis? OSTENDISTI, ad verbum, *Docuisti*. Legitur et *docui*. Pret. pro fut. docebo. Unde quidam vertunt: *Ob id docebo vias tuas malas*, sub. esse. Vid. 35, *passimas*, sub. *Gentes*, adjectivum sine substantivo, q. d., hinc fit ut sis scandalo gentibus malis.

VERS. 54. — IN ORIS VESTIMENTORUM TUORUM, id est, sub veste tuâ, q. d., ne à cæde quidem innocentium abstines, ut in eas gratiam cum exteris gentibus. Chaldeus paraph., *etiam in secreto*, id est, sub veste tuâ, *deprehensa es quid effudisti sanguinem justum*. CUM PERFOSSORIO, id est, sufficiens domum tuam ut illos justè posses occidere. Alludit ad illud Exod. 22, 2: *Si in suffossione inventus fuerit fur. Super omnibus his, propter hæc omnia, sub. occidisti, id est, sed quod te carperet propter hæc omnia, hoc est propter idololatriam. Ut de veris prophetis intelligatur.*

VERS. 55. — ET DIXISTI; et dicebas. CERTÈ AVERSUS EST, etc., vel duntaxat recedat, etc. JUDICO TE,

CAPUT III.

1. Vulgò dicitur: Si dimiserit vir uxorem suam, et recedens ab eo, duxerit virum alterum: numquid revertetur ad eam ultra? numquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen revertere ad me, dicit Dominus, et ego suscipiam te.

2. Leva oculos tuos in directum, et vide ubi non prostrata sis: in viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine: et pollutisti terram in fornicationibus tuis, et malitiis tuis.

3. Quam ob rem prohibita sunt stillæ pluviarum, et serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluitis erubescere.

4. Ergo saltem amodò voca me: Pater meus, dux virginitalis mee tu es:

5. Numquid irascens in perpetuum, aut perseverabis in finem? Ecce locuta es, et fecisti mala, et potuisti.

6. Et dixit Dominus ad me in diebus Josiæ regis: Numquid vidisti que fecerit aversatrix Israel? abiit sibi met super omnem montem excelsum, et sub omni ligno frondoso, et fornicata est ibi.

7. Et dixi, cum fecisset hæc omnia: Ad me revertere: et non est reversa.

8. Et vidit prævaricatrix soror ejus Juda, quia pro eo quod moechata esset aversatrix Israel, dimissem eam, et dedissem ei libellum repudi: et non timuit prævaricatrix Juda soror ejus, sed abiit, et fornicata est etiam ipsa.

9. Et facilitate fornicationis suæ contaminavit terram, et moechata est cum lapide et ligno.

10. Et in omnibus his non est reversa ad me prævaricatrix soror ejus Juda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus.

11. Et dixit Dominus ad me: Justificavit animam suam aversatrix Israel, comparatione prævaricatricis Judæ.

12. Vade, et clama sermones istos contra aquilonem, et diceas: Revertete, aversatrix Israel, ait Domi-

ero contendens tecum, vel, paratus sum contendere tecum.

VERS. 56. — VADIS VALDÈ (1), id est, cur toties multas itinera, hoc est, hinc illic discursis, auxiliis querendi causâ. ETIAM AB ÆGYPTO, q. d., frustra petis auxilium ab Ægyptiis, sicut frustra petisti ab Assyriis.

VERS. 57. — HINC, id est, ab animo rege Ægyptio. ET MANUS TUE, etc., signum est amisti dolorem ostendens. (Vid. 2 Sam. 15, 19.) CONTEMPSIT, abominatus est. CONFIDENTIAS TUAS, id est, eos à quibus pendebas.

(1) In Hebræo: *Quid discursus adeo mutando viam tuam?* Id est, nunc Assyriis blandiris, nunc Ægyptiis, ipsorum cultus imitando.

ET AB ÆGYPTO CONFUNDERIS, SICUT CONFUSA ES AB ASSUR. Assyrius pactis violatis terram vastavit, urbem obsedit. Ægyptius magna de te tributa exegit, nec quicquam tibi proderit, 1 Reg. 23, 24.

(Grotius.)

CHAPITRE III.

1. On dit d'ordinaire: Si une femme, après avoir été répudiée par son mari et l'avoir quitté, en épouse un autre, son mari la reprendra-t-il encore? Cette femme n'est-elle pas considérée de lui comme impure et déshonorée? Pour vous, vous vous êtes corrompue avec plusieurs qui vous aimaient; cependant revenez à moi, dit le Seigneur, et je vous recevrai.

2. Levez les yeux en haut, et voyez où vous ne vous êtes point prostituée. Vous étiez assise dans les chemins, les attendant, comme un voleur attend les passants à l'écart; et vous avez souillé la terre par vos fornications et par vos méchancetés.

3. C'est ce qui a été cause que l'eau du ciel a été retenue, et que les pluies de l'arrière-saison ne sont point tombées. Après cela vous avez pris le front d'une femme débauchée, vous n'avez point voulu rougir.

4. Appelez-moi donc, et invoquez-moi au moins maintenant: Vous êtes mon père; vous êtes celui qui m'avez conduite lorsque j'étais vierge.

5. Serez-vous donc fâché pour toujours? et votre colère durera-t-elle éternellement? Mais vous avez parlé avec audace, vous avez commis toutes sortes de crimes, et vous vous y êtes abandonnée de tout votre pouvoir.

6. Le Seigneur me dit aussi au temps du roi Josias: N'avez-vous point vu ce qu'a fait la rebelle Israël? Elle s'en est allée sur toutes les hautes montagnes et sous tous les arbres chargés de feuillages, et elle s'y est livrée à sa fornication honteuse.

7. Et, après qu'elle a fait tous ces crimes, je lui ai dit, Revenez à moi: et elle n'est point revenue.

8. Et la perdue Juda, sa sœur, voyant que j'avais répudié la rebelle Israël et que je lui avais donné l'écrit de divorce; Juda, dis-je, cette perdue, n'a point eu de crainte; mais elle s'en est allée, et elle s'est corrompue aussi elle-même.

9. Elle a souillé toute la terre par le débordement de sa prostitution, et elle s'est corrompue avec la pierre et le bois.

10. Et, après tous ces crimes, la perdue Juda, sa sœur, n'est point revenue à moi de tout son cœur, mais d'une manière feinte, dit le Seigneur.

11. Et le Seigneur me dit: La rebelle Israël a paru juste, si on la compare avec la perdue Juda.

12. Allez, et criez vers le nord; faites entendre ces paroles: Revenez, rebelle Israël, dit le Seigneur; et je ne détournerai point mon visage de vous, parce

ans, et non avertam faciem meam à vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dominus, et non irascar in perpetuum.

13. Veritatem scito iniquitatem tuam, quia in Domino Deum tuum prævaricata es: et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, et vocem meam non audisti, ait Dominus.

14. Convertimini, filii revertentes, dicit Dominus, quia ego vir vester: et assumam vos, unum de civitate, et duos de cognatione, et introducam vos in Sion.

15. Et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientiâ et doctrinâ.

16. Cùmque multiplicati fueritis, et creveritis in terrâ in diebus illis, ait Dominus, non dicent ultra: Arca testamenti Domini: neque ascendet super cor, neque recordabuntur filius, nec visitabitur, nec fiet ultra.

17. In tempore illo vocabunt Jerusalem solium Domini; et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem, et non ambulabunt post pravitatem cordis sui pessimi.

18. In diebus illis ibit domus Juda ad domum Israel, et veniet simul de terrâ aquilonis, ad terram quam dedi patribus vestris.

19. Ego autem dixi: Quomodo ponam te in filios, et tribuam tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram exercitum gentium? Et dixi: Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis.

20. Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel, dicit Dominus.

21. Vox in viis audita est, ploratus et ululatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerunt viam suam, oblitii sunt Domini Dei sui.

22. Convertimini, filii revertentes, et sanabo aversiones vestras.

Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster.

23. Verè mendaces erant colles, et multitudo montium; verè in Domino Deo nostro salus Israel.

24. Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentiâ nostrâ, greges eorum, et armenta eorum, filios eorum, et filias earum.

25. Dormiimus in confusione nostrâ, et operiet nos ignominia nostra: quoniam Domino Deo nostro peccavimus nos, et patres nostri, ab adolescentiâ nostrâ usque ad diem hanc; et non audivimus vocem Domini Dei nostri.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Dicendo: Si dimiserit vir uxorem suam, et abierit ab eo, et fuerit viri alterius; numquid revertetur ad eam amplius? nonne prævaricando prævaricata est terra hæc? Tu autem fornicata es cum amatoribus: sed revertere ad me, dixit Dominus. — 2. Leva oculos tuos ad excelsa loca, et vide ubi non coivisti: in viis sedisti eis, sicut Arabs in deserto: et prævaricari fecisti terram propter fornicationes tuas et malitiam tuam. — 3. Et prohibiti sunt imbres, et serotina pluvia non fuit: et frons mulieris meretricis fuit tibi, renuitis erubescere. — 4. Nonne ex hoc tempore vocabis me: Pater meus es, dux adolescentiæ mee tu es: — 5. Numquid reservabit in seculum iram, num servabit in seculum? Ecce locuta es, et fecisti mala, et potuisti. — 6. Dixit autem Dominus ad me in diebus Josiabu regis: Numquid vidisti que fecit rebellis Israel? eunte ipsâ super

que je suis saint, dit le Seigneur, et que ma colère ne durera pas éternellement.

13. Mais reconnaissez votre iniquité: car vous avez violé la loi du Seigneur votre Dieu; vous vous êtes prostituée à des dieux étrangers sous tous les arbres chargés de feuillages; et vous n'avez point écouté ma voix, dit le Seigneur.

14. Convertissez-vous, mes enfants, revenez à moi, dit le Seigneur, parce que je suis votre époux; et j'en choisirai d'entre vous un d'une ville et deux d'une famille; et je vous ferai entrer dans Sion.

15. Alors je vous donnerai des pasteurs selon mon cœur, qui vous nourriront de la science et de la doctrine.

16. Et lorsque vous vous serez multipliés, et que vous vous serez accrus sur la terre, dit le Seigneur, on ne dira plus: Voici l'Arche de l'alliance du Seigneur. Elle ne reviendra plus dans l'esprit, on ne s'en souviendra plus, on ne la recherchera plus, et on ne la rétablira plus.

17. En ce temps-là Jérusalem sera appelée le trône de Dieu; toutes les nations viendront s'y assembler au nom du Seigneur, et elles ne suivront plus les égarements de leur cœur endurci dans le mal.

18. En ce temps-là la maison de Juda ira vers la maison d'Israël, et elles retourneront ensemble de la terre de l'aquilon à la terre que j'ai donnée à vos pères.

19. Pour moi, j'avais dit: Je pense à vous mettre au nombre de mes enfants, à vous donner une terre désirable, et l'excellent héritage de la multitude des gentils. Vous m'y appellerez votre père, disais-je alors, et vous ne cesserez jamais de me suivre.

20. Mais la maison d'Israël n'a eu que du mépris pour moi, dit le Seigneur, comme une femme qui dédaigne un homme qui l'aime.

21. Une voix à été entendue dans les chemins, les pleurs et les cris des enfans d'Israël, parce qu'ils ont rendu leurs voies criminelles et qu'ils ont oublié le Seigneur leur Dieu.

22. Mais convertissez-vous, enfans rebelles, et je guerirai le mal que vous vous êtes fait, en vous détournant de moi.

LE PROPHÈTE, AU NOM DU PEUPLE:

Nous voici, Seigneur; nous revenons à vous: car vous êtes le Seigneur notre Dieu.

23. Nous reconnaissons maintenant que toutes les collines et les montagnes n'étaient que mensonge. Nous reconnaissons que le salut d'Israël est véritablement dans le Seigneur notre Dieu.

24. Dès notre jeunesse, le culte honteux des idoles a dévoré les travaux de nos pères; il a consumé leurs grands et petits troupeaux, leurs fils et leurs filles.

25. Nous dormions dans notre confusion, et nous serons couverts de notre honte, parce que nous avons péché contre le Seigneur notre Dieu, nous et nos pères, depuis notre jeunesse jusqu'à ce jour, et que nous n'avons point entendu la voix du Seigneur notre Dieu.

omnem montem excelsum, et sub omni ligno viridi, et fornicata est ibi. — 7. Et dixi, postquam fecit omnia hæc: Ad me revertere; et non est reversa. Et vidit prævaricatrix soror ejus Jehudah. — 8. Et vidit, quod vidit quod secundum omnes causas quibus fornicata est rebellis Israel, dimisi eam, et dedi libellum repudiiorum ejus ei: et non timuit prævaricatrix Jehudah soror ejus, sed abiit, et fornicata est etiam ipsa. — 9. Et fuit ob facilitatem fornicationis sue peccare fecit terram, et mechata est cum lapide et ligno. — 10. Et etiam cum omni hoc non est reversa ad me prævaricatrix soror ejus, Jehudah toto corde suo, sed mendaciter, dixit Dominus. — 11. Et dixit Dominus ad me: Justificavit animam suam rebellis Israel, magis quam prævaricatrix Jehudah. — 12. Vadé et clamá sermones istos ad Aquilonem, et dic: Revertere, rebellis Israel, dixit Dominus, non faciam cadere iram meam in vos; quia misericors sum, dixit Dominus, non servabo iram in seculum. — 13. Verumtamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum prævaricata es: et sparsisti vias tuas alienis sub omni ligno viridi, et vocem meam non audistis, ait Dominus. — 14. Convertimini, filii rebelles, dixit Dominus: ego dominatus sum vobis: et assumam vos unum de civitate, et duos de familia, et introducam vos in Sion. — 15. Et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et intellecta. — 16. Et erit cum multiplicati fueritis, et creveritis in terrâ in diebus illis, dixit Dominus: non dicent ultra: Area fœderis Domini; nec ascendet super cor, neque recordabuntur illius; neque visitabunt, nec fiet ultra. — 17. In tempore illo vocabunt Jerusalem solum Domini: et congregabunt se ad eam omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem, et non ambulabunt ultra post duritiam cordis sui mali. — 18. In diebus illis ibunt domus Jehudah ad domum Israel, et venient simul de terris Aquilonis ad terram, quam sortiri feci patres vestros. — 19. Ego autem dixi: Quomodo ponam te in illis, et dabo tibi terram desiderabilem, hereditatem concupisibilem exercituum gentium? Et dixi: Patrem meum vocabis me, et à me non retrocedes. — 20. Si quidem ut contempstis filium amatorem suum, sic contempstis me domus Israel, dixit Dominus. — 21. Vox super excelsa audita est, multas deprecationum filiorum Israel: quia iniquam fecerunt viam suam, oblit sunt Domini Dei sui. — 22. Convertimini, filii rebelles, sanabo rebelliones vestras. Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster. — 23. Verè vanum est à collibus multitudinem atollere; verè in Domino Deo nostro est salus Israel. — 24. Confusio autem consumpsit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, ovæ eorum, et boves eorum, filios eorum et quianis eorum. — 25. Dormiunt in pudore nostro, et operiet nos ignominia nostra; et quoniam Domino Deo nostro peccavimus nos et patres nostri, ab adolescentia nostra et usque ad diem hænc; et non obtinuerimus voci Domini Dei nostri.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DICENDO. Hebr. : *Ad dicere*, pro, *et dixit*. Subaudi ad præcedentibus; *Spernit te*, et *dicis*, *Si*, etc. (Vatablus non improbat *Aiunt*, fertur) ET FURIT VIM ALIARUM; Hebraismus, pro nupsit alteri viro. AMPLIUS? sub, non PRÆVARICANDO PRÆVARICATA, etc., pollendo polluitur, id est, si illam repererit, censetur regio ipsa polluta talis mulieris commercio. AMATORIBUS, amicis. Chaldaeus paraph., tu autem errasti, id est, in errore versata es, et societatem inisti cum populo multis; et tamen revertere ex nunc ad cultum meum. SED REVERTERE, attamen revertere.

VERS. 2. — AD EXCELSA LOCA (1), in quibus scilicet statuebantur idola et simulacra. Vide, etc., vel, *vide ubinam non fueris vitata*. In vis, juxta vias. Eis, sub., amatoribus tuis, expectando amatores tuos. In deserto, sub., sedere solent, expectans mercatores quibus vendat, aut à quibus amet mercas. ET PRÆVARICARI, etc., et polluiti terram.

VERS. 3. — IBERES (2). (Vid. inf. 5, 24.)

(1) In Hebraeo, in excelso. In vis sedebat;

Cunctis in trivitis et angiportis.

EXPECTANS EOS QUASI LATRO IN SOLITUDINE. In Hebraeo, et Chaldaeus interpretatus est, *velut Arabs in deserto*. Insidias fecit omnibus, sicut Arabes illi, qui ad Hieronymi usque tempora (imo et ad nostra) incursabant terminis Palestine, et descendentes de Jerusalem in Jericho obsidebant vias. (Grotius.)

(2) QUOMORIBUS PROHIBITE SUNT STILLE PLUVIARUM, ET SEROTINUS IBERER NON FUT, q. d.: Sceleribus tuis tibi cœlum clausisti ne plueret; itaque tibi famem et sterilitatem accessivisti.

VERS. 4. — EX HOC TEMPORE, etc., q. d.: Nominè ex quo vidisti quod prohiberem pluvias, deberes converti

Disce hic, publicum peccatum, dum non puniunt, totam terram et republicam contaminare, ideoque publicè clade à Deo puniri. Nam, ut recte ait Sanchez, in publico peccato publicè ab omnibus peccari censetur, dum alii ferunt, alii dissimulant, alii annuunt, alii defendunt, alii etiam imitantur.

Nota. In Script. serotinus iuber vocatur is, qui in Palestinâ decidit tempore veris (in Martio) quo fruges maturescunt; sicut *matutinus* vocatur is qui in octobri decidit statim post sationem, et semina stata rigat, eaque germinare facit, scilicet per stillas, ut hic dicitur, assiduas et lentè cadentes, unde vocatur hic, *Stille pluviarum*, his enim duobus temporibus pluvia frugibus maxime est necessaria.

FRONS MERETRICIS FACTA EST TIBI, ROLUISTI ERUBESCERE. Alludit ad meretricis impudentes, que nomen non tantum cellis suis in fornice, sed et fronti inscribunt, aut fecit purpurata meretrici Babylon, Apoc. 17, 3; vide ibi dicta, vide et Martin. de Rea, lib. 4, Singul. c. 10. *Ingratitudini*, inquit Xenophon, l. 4. *Pædie Cyri*, potissimum impudentia videtur esse comes, que ad omnem turpitudinem maxima ducit est. Et Menander:

Qui verò nec erubescere scit, nec metueri, Ille primas universæ tenet impudentiam.

Caligula Imper. dicebat, se nihil magis in sua naturâ probare, quam *adæpeplacæ*, id est, *invincendum*. Vox carulicæ quam imperatore dignior. Pudor enim multos, etiam improbos à turpibus revoct.

Sic Achilles apud Homerum vocat Agamemnonem *iberosæ*, id est, canino vultu. Et rusin: *νοδὸς ἄρκατος ἔργου, νοδὸς ἔργου*.

Canis habens oculos, cor cervi.

Impudentiam significans cum timiditate conjunctam. Aristoteles orator Atheniensis, ob impudentiam vocatus est *Causis*. Ita Volater, l. 15, c. 4.

ad me, et invocare me, Pater mi? DUX ADOLESCENTIE MEÆ (1). (Vid. Proverb. 2, 17.)

VERS. 5. — RESERVAVIT (2), retinebit? (Sub. Deus, ut inf. 12, *vel quis*, vel impersonaliter accipie.) SERVAVIT (vel, observabit), sub. *scelera*. LOCUTA ES, vel, *factasit* te patratorem scelera. ET FORTISTI, et prævaricavisti, id est, pro virili tuâ, vel, quando potuisti.

VERS. 6. — REBELLES (3), avversatrix Israelitis; sunt enim hec femina, et designant decem tribus, quibus opponitur *Juda* in v. seq. EUNTE, etc., ire solet.

VERS. 7. — ET DIXI, POSTQUAM, etc. (vel potius:) *Et cogitavi apud me; Postquam fecerit hæc omnia, revertetur ad me*. (Nam שׁוּבָה est hic 3^o pers. femin. non verò 2^o; mascul.) SOROR EJUS. (Vid. Ezech. 16, 46.)

VERS. 8. — ET VIDI, etc., ad verbum: *Et vidi quod*

Vatinius, qui his à Cesare sibi reconciliato in iudiciis publicis defensus est, impudentissimus fuit. Assiduo enim, ut Seneca ait, convicio depudere dicebat.

Nota est Diogenis et Cynicorum invercendia, et in proptuato libido instar canum.

Fuit C. Fimbria perditissima audacie homo, qui Crassum interemit, quique in funere C. Marii, Q. Scævolarum virum sanctissimum vulnerandum curavit; et ubi ferrum non alit in corpus descendisse accepisset, diem illi dixit. *Admirantibus cunctis, quod postquam maximas optimum totius civitatis diem accerseret; crimen expostulans, sive adolescentiæ uxoris. Postula à Deo sanguiniam, inquit Salomon, de femi nâ loquens virum deserente ut liberis vivat, ut eruaris à muliere aliena, et ab extranea, que molit sermones suos, Et relinquit ducem, custodem, pubertatis suæ, Et pacti Dei sui oblitâ est. Mos est apud Hebræos puellas suas nuptiis dare præcoctas. Vide dissertationem nostram de connubiis Hebræorum. Vide Itin. Mandorli, tom. 2, pag. 198, et passim, et tom. 2, pag. 212. Pagani vero puellas suas tantum servant donec consummatio in perpetuum? Verba sunt Dei, que docet populum non peccare. Ego verò si interpretor. Ecce simul alique hæc, que modo dixi, locuta fueris, quamvis multa mala feceris, poteris, id est, prævaricari contra me, vineas ac flectes me. Noster interpres prætoriam (Maldonatus.)*

(1) PATER MEUS, DUX VIRGINITATIS MEÆ TU ES, sive adolescentiæ mex custos. Pater meus es, vir meus. Patri succedit vir in custodienda pudicitia puellæ quam ducit. Hebræi virum nuncupabant *custodem virginis*, inquit Salomon, de femi nâ loquens virum deserente ut liberis vivat, ut eruaris à muliere aliena, et ab extranea, que molit sermones suos, Et relinquit ducem, custodem, pubertatis suæ, Et pacti Dei sui oblitâ est. Mos est apud Hebræos puellas suas nuptiis dare præcoctas. Vide dissertationem nostram de connubiis Hebræorum. Vide Itin. Mandorli, tom. 2, pag. 198, et passim, et tom. 2, pag. 212. Pagani vero puellas suas tantum servant donec consummatio in perpetuum? Verba sunt Dei, que docet populum non peccare. Ego verò si interpretor. Ecce simul alique hæc, que modo dixi, locuta fueris, quamvis multa mala feceris, poteris, id est, prævaricari contra me, vineas ac flectes me. Noster interpres prætoriam (Maldonatus.)

(2) Hebræus, numerus conservabis (iram tuam) in perpetuum? Verba sunt Dei, que docet populum non peccare. Ego verò si interpretor. Ecce simul alique hæc, que modo dixi, locuta fueris, quamvis multa mala feceris, poteris, id est, prævaricari contra me, vineas ac flectes me. Noster interpres prætoriam (Maldonatus.)

(3) Cum decem Tribus adductæ erant, etc. Ne videtur Jeremias rigidus cum populo agere, tempus hic designat, cum scilicet Josias conatus esset terram purgare et cultum Dei restituere. Diximus alibi, à Josiâ tribus aliquantulum correctos fuisse, sed plerisque à populo mansisse malum mentem ex Manassis temporibus. In ore omnibus erat reformatio: multi tamen erant hypocrite, qui id ad tempus dissimulabant, sed interea obstinati manebant, etc. Novus hic sermo. Hic novum caput inchoari debuit. Et hic inchoat T. Pl.: *Numquid vidisti que fecerit avversatrix Israel?*

(Synopsis.)

propter omnes istas causas quibus fornicata est deservit illa Israel, anandari eam, et dedi illi libellum repudiiorum ejus, et tamen non sibi timuit, etc.

VERS. 9. — OB FACILITATEM, vel, *pro facilitate*. PECCARE FECIT TERRAM, vel, *terram polluit*.

VERS. 10. — MENDACITER, vel, *simulat*.

VERS. 11. — JUSTIFICAVIT (1). Heb., q. d. Si Israel confertur cum *Juda*, videbitur illo multo justior; et tamen dedi illi libellum repudiij; debebat ergo *Juda* alieno periculo respicere, et timere iram meam.

VERS. 12. — VADE (2). Videtur hic prædicare reditum decem tribuum, qui futurus erat annuntio Evangelio. REVERTERE, etc. Chaldaeus paraph., cum reversi fueritis, non mittam iram meam in vos: quoniam multus in faciendo bona, sum, dixit Dominus; et non reservabuntur tibi peccata tua in aeternum. REBELLES, vel, *deservit*. NON FACIAM CADERE, etc., id est, non irascor vobis in perpetuum. MISERICORS, aut, *clampus*, sanctus. (Vid. ps. 4, 5.) SERVAVO, retinebo.

VERS. 13. — VERUMTAMEN SCITO. Verum agnosce. AUT: *Tantum agnosce*. ET SPARSISTI VIAS TUAS, id est, discitisti huc illuc ut coleres varia idola. ALIENIS, sub. *diis*.

VERS. 14. — DOMINUS, id est, Christus. DOMINATUS SEM VOBIS; id est, dominus et maritus sum vobis; hoc est dilexi vos, quemadmodum maritus diligere solet uxorem sibi charissimam. Chaldaeus paraph., *quoniam unicus vos dilexi*. Alii: *Nam ego sum vice mariti vobis*. Alii per futurum: *Nam ego futurus sum sponsus vester*. UNUM DE CIVITATE, id est, si quis vel unicus relictus sit in aliqua urbe, assumam eum. Vel per unum et duos, intelligit paucos; acsi dicit: Eligam aliquot ex vobis. Hunc versum et sequentes interpretant omnes Hebræi de Messia.

VERS. 15. — JUXTA COR MEUM (3), id est, mihi gratos. PASCENT vos, etc., id est, docebunt vos veram et sinceram doctrinam.

(1) Exaggerat peccata populi Judæ, quod etiam gravius peccavit quam tribus Israel. Et vide, ut Deus minus peccatum temporali penâ graviter puniat; Israel enim est in perpetua captivitate; Judæi, qui magis taxantur, redierunt post 70 annos. Appellat autem Israel *rebellem*, sive *aversatricem* (loquitur enim femino genere tanquam de muliere quâ Deum peccatis aversata erat, adoratis in Dan et Bethel vitulis aureis; *Juda* autem vocatur *prævaricatrix*, in quâ erat religio Dei, sed imitatione sororis paulatim recesserat à Domino.)

(2) Mediam versus et vicinas regiones, in quas decem Tribuum homines à Teglatphalassar et Salmanassar erant deportati. REVERTERE, AVERSATRIX ISRAEL. Redite ad legem et minus veri Dei cultum. Et conditioni eum plerique illorum nunquam paruerunt, non mirum est si promissa hic facta in ipsis impleta non sunt. QUIA SARCUS EGO. Heb., *benignus*. (Grotius.)

(3) *J'en choisirai d'entre vous un d'une ville, et deux d'une famille, et je vous ferai entrer dans Sion. Je vous donnerai des pasteurs selon non cœur*, etc. Les Juifs regardant cette prédiction comme ayant été accomplie après le retour de Babel, y sont Cyrus roi des Perses, du temps de Zorobabel, fils de Salathiel. Et comme tous ne retourneront pas alors en leur pays, ils disent que c'est ce que signifient ces paroles: *Qu'il en choisit un d'une ville, et deux*

VERS. 16. — ARCA FŒDERIS DOMINI, sub. *sit nobis propitia, vel egredietur nobiscum ad bellum.* (Vid. Ps. 68, 2.) Per arcam reliqua legalia intelligit. Tum Israelitic desinent pœneratæ ad cultu externo legis, qui ante Christum fuisse fuerant arca presentia. Lege 4 Sam. 4, 5. NEG ASCENDET SUPER COR, sub. arca, id est, non veniet in mentem. Hebraismus; q. d., nullâ amplius bellorum molestiâ prementur, ut opus sit deferre arcam ad prelium. VISITABUNT, sub. *illam* in templo. Vid. 2 Reg. 19, 44, vel, *ejus reminiscuntur.* FIET ULTRA, sub. *alia arca*, vel, *neque fiat ultra tale quicquam*, id est, non ferent arcam in bellum pro victoriâ adipiscendâ.

VERS. 17. — IN NOMINE DOMINI, vel, *propter*, aut, *in honorem Domini.* DURITIAM, דְּרִיטָה, vel, *cogitationem animi proni ad malum*, (alii Hebræi, *obstinationem*) vertunt.

VERS. 18. — AD DOMUM ISRAEL (1), unâ cum domo. DE TERRA AQUILONIS, id est, ab ASSYRIâ in quâ Israelite servient. Significat hic mundum in quo diablo, concupiscentiâ, et peccato servimus. Per terram verò lacte et melle abundantem significat paradisum ipsum. SORTIRI FEL. (Vid. Ps. 78, 35.)

VERS. 19. — DIXI; id est, cogitavi. Verba Dei sunt. Incipit dialogus quidam Dei et prophete; quo dialogismo docet quomodo quis possit fieri filius Dei; nempe fide in Deum quæ charitate firmatur et operibus.

d'une famille pour les faire entrer dans Sion, c'est-à-dire, qu'il en choisit seulement quelques-uns pour les faire revenir à Jérusalem. Mais l'entier accomplissement de cette prophétie n'a paru selon tous les interprètes, qu'à l'avènement de Jésus-Christ; lorsque les restes d'Israël, c'est-à-dire, un petit nombre d'Israélites, choisis parmi cette multitude égale au sable du rivage de la mer, furent sauvés et admis dans Sion, dans la sainte cité de Dieu, qui est son Eglise, lorsqu'il donna à son peuple des pasteurs selon son cœur, savoir les apôtres et les hommes apostoliques, qui nourrirent la multitude des fideles, non des cérémonies Judaiques, mais de la science et de la doctrine de Jésus-Christ même. C'est ce qui paraît encore plus clairement par les paroles suivantes. (Sacy.)

(1) *Invit domus Juda unâ cum domo Israel*, id est, ut rectè Chaldaus: *Sociabunt se qui domus Juda sunt cum domo Israel.* JARUM: « Israëlitis sese sociabunt eisque se jungent Judæi, ut unum regnum faciant. » Ita et Jsaïas 11, 12, 15, prædicit, fore ut, restituitis in patriam terram exsiliis, desinat triste illud inter Judæos et Israelitis dissidium, sed utrique, unitis viribus in communes hostes involent. (Rosenmuller.)

CAPUT IV.

1. Si revertentis, Israel, ait Dominus, ad me convertere; si abstuleris offendicula tua à facie meâ, non commoveberis.
2. Et jurabis: Vivit Dominus, in veritate, et in judicio, et in justitiâ; et benedicent eum gentes, ipsumque laudabunt.
3. Hæc enim dicit Dominus viri Juda et Jerusalem: Novate vobis novale, et nolite scerere super spinas.
4. Circumcidimini Domino, et auferite præputia cordium vestrorum, viri Juda, et habitatores Jerusalem; ne fortè egredietur ut ignis indignatio mea et

PONAM TE, sub. *6 Juaa, et dabo tibi.* DESIDERABILEM, ad verbum, *desideri*, id est, quam summopere omnes exoptant. Intelligit terram vitanicum colestem. EXERCITIUM, multitudinis, id est, optatam et desideratam à multis gentibus. Hebraismus. ET DIXI; vel: *Dixi tandem.* PATREM MEUM. Hebr.: *Pater mi, clamabis mihi; et de post me non recedes*, id est, habebis me pro patre; neque eris illis similis qui cum cœperint aliquid sequi, illum protinus deserunt.

VERS. 20. — CONTEMPSIT, vel, *prævaricari solent mulier in socium suum, sic prævaricati estis in me*, etc., q. d.: Docui Israelem rationem quâ possent venire ad me, et in numerum meorum adscribi, sed tamen remittit, id est, non tamen doctrinam meam sectatur, sed idololatram.

VERS. 21. — VOX (1), etc. Verba prophete respondentis Deo, q. d.: Si Israel penitentiam egerit, et illam lacrymis fuerit testatus, ignoscens illi? Vertere potes: *Vox in excelsis locis exaudietur.* QUA, etc., id est, quòd perversè vixerint.

VERS. 22. — CONVERTIMINI, etc., id est, condonabo vobis peccata vestra. Verba Christi invitantis Israelitas ad penitentiam. ECCE NOS VENIMUS AD TE; verba sunt Jeremie loquentis in personâ fidelium.

VERS. 23. — VERE YANUM EST, etc. (ad verbum: *Profecto ad mendaciam è collibus multitudinem* (sub. *sacrificiorum vel precum*), vel *strepitum attollere*; sic enim præstat vertere דָּוָהּ ut in Ps. 75, 7). Hebr.: *à multitudine quæ in montibus*, id est, frustra speravimus in idolis et precibus sacerdotum qui ea in montibus colebant. Alii, *frustra multitudinem nostrum collecta fuit in montibus*, ut ab eis opem peteremus.

VERS. 24. — CONFUSIO (2). Idololatria à fine dicitur *confusio*; nam suâ spe homines fallit, et confusos reddidit. LABOREM, id est, opes labore paratas. (Vid. Isai. 51, 3.) OVES, etc., greges eorum et armenta eorum.

VERS. 25. — DORMIENS, tanquam scilicet in lecto, super quem veste stragula cooperiri solemus, q. d., magno dedecore affecti sumus.

(1) Oh istam perfidiam calamitas accidit Israelitis, unde ploratus exiit. (Castalio.)

(2) CONSPERSIT LABOREM PATREM NOSTRUM. Nam propter vanitatem suam fruges in campis grandine perierunt, et pecora atque filii peste interierunt. (Munsterus.)

CHAPITRE IV.

1. Israel, si vous revenez, dit le Seigneur, convertissez-vous à moi. Si vous ôtez de devant ma face la cause de vos chutes, vous ne serez point ébranlé.
2. Vous jurerez dans la vérité, dans l'équité et dans la justice, en disant: Vive le Seigneur! Alors les nations béniront le Seigneur, et publieront ses louanges.
3. Car voici ce que dit le Seigneur aux habitants de Juda et de Jérusalem: Préparez-vous avec soin une terre nouvelle; et ne semez pas sur des épines.
4. Soyez circoncis de la circoncision du Seigneur; retranchez de vos cœurs ce qu'il y a de charnel, habitants de Juda et de Jérusalem; de peur que mon indignation n'éclate tout d'un coup et ne s'embrasse comme

succendatur, et non sit qui exstinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum.

5. Annuentium in Juda, et in Jerusalem auditum facite; loquimini, et canite tubâ in terrâ: clamate fortiter, et dicite: Congregamini, et ingrediamur civitates munitas.

6. Levate signum in Sion: confortamini, nolite stare: quia malum ego adduco ab aquilone, et contritionem magnam.

7. Ascendit leo de cubili suo, et predo gentium se levavit; egressus est de loco suo, ut ponat terram tuam in solitudinem; civitates tuæ vastabuntur, remanentes absque habitatore.

8. Super hoc accingite vos cilicis, plangite et ululate, quia non est aversa ira furoris Domini à nobis.

9. Et erit in die illâ, dicit Dominus: Peribit cor regis, et cor principum: et obstupescunt sacerdotes, et prophete consternabuntur!

10. Et dixi: Heu! heu! heu! Domine Deus, ergone decepisti populum istum et Jerusalem, dicens: Pax erit vobis: et ecce perveni gladius usque ad animam?

11. In tempore illo dicitur populo huic et Jerusalem: Ventus urens in visis, que sunt in deserto vie filie populi mei, non ad ventilandum et ad purgandum.

12. Spiritus plenus ex his venit mihi; et nunc ego loquar quicquid mea cum eis.

13. Ecce quia nubis ascendet, et quasi tempestas currus ejus; velociore aquilis equi illius. Vae nobis, quoniam vastati sumus.

14. Lava à malitiâ cor tuum, Jerusalem, ut salva fias: usquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ?

15. Vox enim annuntians à Dan, et notum facientis idolum de monte Ephraim.

16. Dicite gentibus: Ecce auditum est in Jerusalem, custodes venire de terrâ longinquâ, et dare super civitates Juda vocem suam.

17. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro; quia me ad iracundiam provocavit, dicit Dominus.

18. Vix tuæ et cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum.

19. Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccine audivit anima mea, clamorem prælii.

20. Contritio super contritionem vocata est, et vastata est omnis terra; repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles meæ.

21. Usquequò videbo fugientem, audiam vocem buccinæ?

22. Quia stultus populus meus me non cognovit; filii insipientes sunt, et recordes: sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.

23. Asperi terram, et ecce vacua erat, et nihil; et colos, et non erat lux in eis.

24. Vidi montes, et ecce movebantur; et omnes colles conturbati sunt.

un feu, à cause de la malignité de vos pensées, et que personne ne puisse l'éteindre.

5. Annoncez à Juda, faites entendre dans Jérusalem, parlez devant tous, et publiez partout à son troupe; criez à haute voix, et dites: Assemblez-vous tous, et retrions-nous dans les villes fortes.

6. Levez l'étendard en Sion: fortifiez-vous, ne vous arrêtez point, parce que je ferai venir de l'aquilon un mal horrible et un grand ravage.

7. Le lion s'est déjà élancé hors de sa tanière; le brigand des nations s'est élevé; il est sorti hors de son pays, pour réduire votre terre en un désert; et vos villes seront détruites, sans qu'il y demeure aucun habitant.

8. C'est pourquoi convrez-vous de cilices, pleurez et poussez des cris et des hurlements, parce que nous n'avons point détourné de dessus nous la colère et la fureur du Seigneur.

9. En ce temps-là, dit le Seigneur, le cœur du roi sera comme mort, aussi bien que le cœur des princes; les prêtres seront dans l'épouvante, et les prophètes dans la consternation.

10. Et je dis: hélas! hélas! hélas! Seigneur Dieu, avez-vous donc trompé ce peuple et Jérusalem, en leur disant: Vous aurez la paix? et cependant l'épée va les percer jusqu'au fond du cœur.

11. En ce temps-là on dira à ce peuple et à Jérusalem: Un vent brûlant souffle dans les routes du désert de la fille de mon peuple, non pour vanner et pour purger le blé.

12. Mais une grande tempele viendra de ces routes me servir contre ce peuple, et alors je leur ferai connaître la sévérité de mes jugemens.

13. Un peuple viendra bientôt; il s'élèvera comme une nuée; ses chariots seront plus rapides que la tempele, et ses chevaux seront plus vites que les aigles. Malheur à nous! tout ce que nous avons est au pillage.

14. Jérusalem, purifiez votre cœur de sa corruption, afin que vous soyez sauvée. Jusqu'à quand les pensées mauvaises demeureront-elles en vous?

15. Car une voix apporte déjà de Dan des nouvelles de l'approche des ennemis, et fait connaître l'arrivée de l'idoole du côté du mont d'Ephraim.

16. Dites aux nations qu'on a fait entendre à Jérusalem qu'il vient des soldats d'une terre reculée qui se jeteront sur les villes de Juda avec de grands cris.

1. Scrutinami in plateis Jerusalem, et videte nunc, et scitote, et quærite in plateis ejus, an inveniatis virum, an sit qui faciat judicium, qui quærat veritatem; et parcam eî. — 2. Et si, vivit Dominus, dixerint; verè mendacium jurabunt. — 3. Domine, oculi tui nonne sunt ad veritatem? percussisti eos, et non doluerunt; consumpsisti eos, renerunt accipere disciplinam; duriores fuerunt facies eorum petra, renerunt reverti. — 4. Ego autem dixi: Profecto pauperes sunt, stulti facti sunt, quia non noverunt viam Domini, judicium Dei sui. — 5. Ibo ad majores, et alloquar eos: ipsi enim cognoverunt Dominum, invenitiam dicit sui; sed ipsi simul confregerunt jugum, ruperunt vincula. — 6. Idcirco percussit eos leo de sylva, lupus deserta incolens vastabit eos, pardus vigilabit super civitates eorum; omnis qui egressus fuerit eis eis rapit; quia multiplicatae sunt praevaricationes eorum, multiplicatae sunt rebelliones eorum. — 7. O propter hoc parcam tibi? filii tui dereliquerunt me, et juraverunt per eum, qui non est Deus; saturavi eos, et adulterium commiserunt, et in domo meretricis congregaverunt se turmatim. — 8. Ut equi saturati singulo mane erant; quisque ad uxorem proximi sui hinciebat. — 9. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? annon de gente que est sicut hæc non ulciscetur se anima mea? — 10. Ascendite muros ejus, et dissipate, consummationem autem ne faciat; auferite minas murorum ejus, quia non sunt Domini. — 11. Quia prævaricando prævaricati sunt in me domus Israel, et domus lehudah, ait Dominus. — 12. Negaverunt Dominum et dixerunt: Non est ipse; et non venit super nos malum; et gladium et famem non videbimus. — 13. Prophetae autem erunt in ventum, et sermo non in illis: sic fiet eis. — 14. Propterea sic dicit Dominus Deus exercitum: Pro eo quod locuti estis verbum hoc: ecce ego do verba mea in ore tuo ut ignem, et populum hunc ut ligna, et consumat eos. — 15. Ecce ego adduco super vos gentem de longinquo, domus Israel, ait Dominus; gens robusta est, gens que a seculo est, gens cujus ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. — 16. Pharetra ejus veluti sepulcrum patens, universi ipsi fortes. — 17. Et comedet messem tuam, et panem tuum; comedet filios tuos, et filias tuas; comedet oves tuas et boves tuos; comedet vitem tuam et ficum tuam; ad extremam pauperitatem rediget urbes munitas tuas, quibus tu fidis, gladio. — 18. Et etiam in diebus illis, dicit Dominus, non faciam vobiscum consummationem. — 19. Et erit si dixeritis: Propter quid fecit Dominus Deus noster nobis omnia hæc? tum dices ad eos: Sicut dereliquisti me, et servistis deo alieno in terra vestra, sic servietis alienis in terra non vestra. — 20. Annuntiate hoc in domo Iacob, et audire facite hoc in lehudah, dicendo: — 21. Audite nunc hoc, popule stulte, cui non est cor: oculi eis sunt, et non vident; aures eis sunt, et non audiunt. — 22. Numquid me non timebitis, ait Dominus: num a facie mea non pavebitis? Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, nec præteribit illud; et commovebunt se, et non pravalebunt; et intumescunt fluctus ejus, et non transibunt illud; — 23. Populo autem huic fuit cor declinans, et rebelles declinaverunt et abierunt. — 24. Et non dixerunt in corde suo: Meminimus nunc Dominum Deum nostrum, qui dat pluviam temporaneam et serotinam in tempore suo; hebdomadas statutorum messis custodit nobis. — 25. Iniquitates vestre declinare fecerunt hæc: et peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis: — 26. Quia inventi sunt in populo meo impii; aspiciunt ad vias ut qui ponit laqueos, statuerunt laqueum, homines capient. — 27. Sicut cavea plena avibus, sic domus eorum plena sunt dolo; ideò magnificati sunt et ditati sunt. — 28. Impinguati sunt, nituerunt; etiam superaverunt facta mali. Judicium non judicaverunt, nec judicium pupilli, et prosperaverunt, et judicium pauperum non judicaverunt. — 29. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? et non de gente que est sicut hæc non ulciscetur se anima mea? — 30. Res admiratione digna et turpis facta est in terrâ: — 31. Prophetae prophetaverunt mendaciter, et sacerdotes acceperunt munera in manus suas; et populus meus dilexerunt sic; et qui facietis in novissimo ejus?

26. Parce qu'il s'est trouvé parmi mon peuple des impies, qui dressent des embûches comme on en dresse aux oiseaux, et qui tendent des filets pour surprendre les hommes.

27. Leurs maisons sont pleines des fruits de leurs troupes, comme un trebuchet est plein des oiseaux qu'on y a pris; c'est ainsi qu'ils deviennent grands et qu'ils s'enrichissent.

28. Ils sont gras, ils sont vigoureux, et ils violent mal loi par les actions les plus criminelles; ils n'entendent point la défense de la veuve, ils ne soutiennent point le droit du pupille, et ils ne font point justice aux pauvres.

29. Ne punirai-je point ces excès? dit le Seigneur; et ne me vengera-t-il point d'une nation si criminelle?

30. Il s'est fait sur la terre des choses étranges et qu'on ne peut écouter qu'avec le dernier étonnement.

31. Les prophètes prophétisaient le mensonge; les prêtres leur applaudissaient, et mon peuple y trouvait son plaisir. Quelle sera donc enfin la punition que je lui réserve?

VERS. 4. — SCRUTAMINI (1), vel, *perustrate*. ET SCITOTE, et considerate. QUERAT VERITATEM, id est, studiosus sit veritatis. EI, nempe civitati Jerusalem (est enim affixum femininum). Chaldaeus paraph. vertit, *illis*, nempe civitatibus Jerusalem.

VERS. 2. — ET SI (2), id est, nam si juraverint per nomen meum dicentes: *Vivit Dominus*, etc. VERÈ, ob id, quia scilicet dei studiosi non sunt, et nomen ejus contemnunt.

VERS. 5. — AD VERITATEM? id est, nonne oculi tui vident si qua sit in animo hominis jurantis fides? q. d., nonne vides et probè nòsti an homo sit verax? Falluntur ergo qui nomine tuo ad perjuriam abutuntur, putantes perjuriam et fraudes humani animi te latere posse. Alii inter Hæbreos vertunt, *ad res stables seu stabilitatem?* ut scilicet conserves omnia in hoc mundo; ac si dicat, Domine, providentia tua solet operam dare ut quæ condita sunt, servet; at, contra morem tuum facere videris, dum Judoæ percussis et perdis; verùm percussisti illos ut respicerent, non ut perirent; illi tamen noluerunt respicere. CONSUMPSISTI, id est, graviter occidisti. DURIORIS FUERUNT FACIES EORUM, vel *induraverunt facies suas supra petram*, vel *obfirmaverunt*, id est, impudentes facti sunt.

VERS. 4. — PROPECTO (3), quidam (inter quos Pagninus) volunt poni, pro *fortitan*. STULTI FACTI SUNT: vel, *desuperunt*. JUDICIUM, hoc est, leges.

(1) CIRCUITE VIAS JERUSALEM, ET ASPICITE, etc. Hæc sententia non vult negare propheta fuisse eo tempore justum quempiam in civitate Jerusalem. Erat enim ipse Jeremias propheta sanctus et justus: erat Baruch; erat rex ipse Josias (nam ejus tempore videtur hujus capitis propheta conscripta) sed hoc sermonis modo indicare voluit, incredibilem justorum paucitatem in eâ civitate. Quod autem adjungit (*et propitius ero ei*), ambiguum est, utrum intelligatur, civitati Jerusalem, an viro illi justo. Utrunque enim præcessit. Hieronymus refert ad civitatem. Et hic notat singularem Dei misericordiam, qui propter unum justum velit parcere civitati Jerusalem, cum Abraham interpellans pro Sodomâ et Gomorrhâ non ausus fuit descendere infra decem justos. Septuaginta habent: *propitius ero eis*, scilicet ita quærit justum, ut habeat eum toti populo parcat, sed ita ut intelligatur toti just; propter quos conveniens sit toti multitudini parcere.

ET PROPITIUS ERGO EI. Eam communi exitio eximam, ut Lotum et Sodomis. (Grotius.)

(2) *Etiamsi*: ita *Deus* vult, dicant. Quod J. D. Michælis malè de judicium jurejurando intelligit, quo ad jus dicendum obstringitur. *Per Deum* aliquem jurare valere, se illius cultorem profiteri, vidimus supra ad 4, 2. Cùm igitur vates Hierosolymitanos addidit in jurejurando Jove nomine pejerare dicit, hoc vult illos verbis quidem et externo cultu Jovæ honorem deferre, minime verò cum sincero animo venerari et colere. Conf. infra vers. 7.

(3) *Pavpers sunt*, qui ita peccaverunt. (Elsô) jurando ex vers. 2. *Sunt agant* qui occupantur magis in agris, et vineis colendis, quàm in lege, etc., qui obtundunt, sibi non dari otium, nec se ad res magnas nosse esse. Hoc dicit quasi per concessionem, ut eos gravius premat. Non qui non sentit propheta, sed ut quasi viva picturâ ostenderet omnes corruptos esse, etc. Propheta loquitur ex communi more: interea non extenuat culpam inscitiam obtundentium, quia Deus legem suam toti populo prodesse voluit etc. (Synopsis.)

VERS. 5. — COGNOVERUNT (1), vel *nòsse debent*. JUCUM. *Per jugum et vincula*, intelligit leges Dei quibus homines in officio retinentur, ut boves aratores jugo et loris in suo retinentur officio.

VERS. 6. — DE STYLA, sub. *egressus*, id est, Nabuchodonosor. DESERTA INCOLENS. AD verbum *tesperam*. Id est, vespertinus, quod vesperè discurrere solet liberius. VIGILABIT. (Vid. sup. 1, 4.) EX EIS, sub. urbiibus.

VERS. 7. — O, exclamandi particula, vel *quomodo*, ut sit pro, quomodo ob id parcere tibi? Cùm, inquit, talis sis erga me, ô Jerusalem, debeone tibi condonare peccata tua? q. d. non.

VERS. 8. — MANÈ (2). Hebraicè tantum legitur *manè*, id est, singulis diebus manè, hoc est quotidie, pars pro toto.

VERS. 9. — SUPER HIS, vel, *propter has* injustitias non *auferent penas*. (Vid. Gen. 21, 1.)

VERS. 10. — CONSUMATIONEM AUTEM NE FACIATIS; id est, nolite eis funditus perdere. Hortatur ministris justitiæ suæ ad sumendas penas de Judæis. (Vid. sup. 4, 27.) MINAS, vel, *summitates*; ut scilicet alii facilis ascendere possint (3). DOMIN, id est, mei.

VERS. 11. — PRÆVARICANDO PRÆVARICATI SUNT. SOLET Hebræi ad agenda rem et exaggeranda, proponere

(1) *J'irai trouver les princes du peuple, et je leur parlerai; car ce sont eux-là qui connaissent la voie du Seigneur, et les ordonnances de leur Dieu, etc.*

Comme Dieu avait commandé à Jérémie de chercher dans toute la ville de Jérusalem un homme qui agit selon la justice, ce saint prophète, après avoir considéré les pensées, c'est-à-dire, le commun du peuple, dit en lui-même, que l'ignorance où ils étaient de la voie et de la loi du Seigneur pouvait peut-être leur servir de quelque excuse de ce qu'ils y marchaient pas; et qu'ainsi il trait vour parmi les grands, c'est-à-dire parmi les prêtres et les chefs du peuple si la connaissance qu'ils avaient de la loi de Dieu les rendait plus soumis à ses volontés. Mais il se trouva, dit un saint Père, que ceux qui étaient les maîtres des autres étaient pires que leurs disciples, et que plus ils étaient insolents dans leurs discours: *Quanto in divitiis major auctoritas, tanto major insolentia peccatorum.* (Sacy.)

(2) EQUI AMATORES ET EMISARIi FACTI SUNT. UNUSQUISQUE AD UXOREM PROXIMI SUI HINERAT. Voluit dicere *admissarii*, quo nomine etiam Cicero hominem libidininoso infamat oratione in Pisonem. Sed in Hebræo est: *Ut equus pastus manè, si quisque alieno uxori admittunt*. Manè alacrioris sunt equi, præsertim he. (Grotius.)

(3) *Auferite propagines ejus*. Ramos extensos ejus. Alii minas murorum ejus; nescio quorsum. Optime nosser interpretes propagines vocavit: propagines enim sunt longa sarmenta, que non dissecta plantantur, idque propriè Hebræicè nomen significat. Opperturque radicè, quasi dicit, nolite consumptionem facere, nolite radicibus populum extirpare, sed propagines tantum tollite, que Domini non sunt, ut vera sit illi propheta, c. 11, 1: *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Quia non sunt Domini, quasi dicit, tollite malos, relinquitte bonos; tollite reprobos, relinquitte prædestinatos. Omnis enim plantatio, quam non plantavit Pater meus coelestis, eradicabitur*, Matth. 15, 15. (Maldonatus.)

minutivum ejusdem verbi, q. d. supra modum prævaricati sunt.

VERS. 12. — NON EST IPSE (1), q. d., non est ille ipse Deus ejus nutu omnia fiunt in hoc mundo. FAMEM, id est, longam obsidionem quæ fame carere non solet. VIDERIBIS (vid. Ps. 90, 45).

VERS. 15. — IN VENTUM. Hoc est, peribunt et evanescent pseudoprophete. (Ventus eorum verba rapuit. Clericus.) SERMO, sub. *Spiritus*, non est in eis, id est, non afflatur divino Spiritu, sed sibi confingunt somnia quæ pro veris efferunt. Sic FIET EIS; ita accidit eis, sub. ut dixi.

VERS. 14. — SIC DIXIT DOMINUS. Phrasis est Hebræica, ac si diceret: Ob id prædices huic populo adversa quæ illi evenient (2).

VERS. 15. — GENTEM (3). (Vid. Deut. 28, 49). GENS. Vertere potes in accusativo, *gentem quæ*, etc. Quæ à seculo est. Sic loquuntur Hebræi quàm gentem anti-

(1) NĒGAVĒRUNT DOMINUM, ET DIXERUNT: NON EST IPSE; DOMINUS NON EST DEUS. Hebræus: *Id nesci sunt Dominus, et dicuntur: non est ipse*. Fide, quàm Deo debebant, violatè, dixerunt, ipsum non fuisse Deum, qui per prophetarum ora loquebatur; quiddam ipse aut dixit, ut minatus est per homines à se missos, meras esse fabulas metraque insaniam putaverunt: *Prophete fuerunt in ventum locuti, et responsum non fuit in eis*. In Deum divinitusque Spiritum mentiti sunt, cùm dicerent, ipsum non fuisse, qui per prophetas loqueretur ipsoque mitteret, quo majori licentiâ in vita ruerent.

(2) ECCE EGO DŌ VĒBRA MEA IN ORE TEO VĒ GĒNEM; q. d.: Ego inspiro tibi aracula efficacia instar ignis; quæ efficio ut ore tuo, ô Jeremia, prædices certo certius venturum Nabuchodonosorem, qui efficaciter quasi ignis consumit populum, quem, quasi ligna igni, deseram, et Chaldeis consumendum exponam.

Nota. Ita loquitur, ac si Jeremias suis verbis eos sit combusturus, idque primò, ut significet efficaciam et certitudinem prophetæ, retundatque illam vocem *Judeorum*, v. 15: *Prophete fuerunt in ventum locuti*, his enim ait, Jeremiam non in ventum, sed in ignem vaticinari. Secundo, ut significet Jeremiam non ex se vaticinari, sed ex Deo, adeoque eum loqui quasi in personâ Dei, qui suo jussu et decreto populum quasi ligna traditurus erat igni, id est, ultioni Chaldaeorum. Ita Vatabl., Lyran. et Hugo.

Aliter S. Hieron., Raban., S. Thom., q. d.: Intenta eis minas tant efficaces, ut sibi angli, exarescere, ignique comburi viderant, ut sibi catachresis.

(3) ABDEICAM... GENTEM DE LONGEQUO. Verba legis, Deut. 28, 40. Vide et Isa. 5, 26. Grotius. A quâ idcirco non metuebant sibi. Intelligit Chaldaeos, quos hic videmus quasi profici ex ore prophete, seu halitum ab hoste in muros, etc. Non respiciendum docet ipsum robur, etc., sed hoc fore executionem doctrinæ suæ. Omnia flagella pendent ab efficacâ Verbi, Calvinus. GENTEM ANTIQUAM, vel, *quæ est à seculo*, id est, à multo tempore, à tempore Nimrod. Id autem superbiam et ferociam general, ubi gens aliqua diu dominata est. Cetera revoCAS LINGUAM. Babylonii enim, sicut et Assyrii syriacè loquebantur. Dan. 3, 4. Hanc linguam Judæi (ante captivitatem Babylonicam) non intellexerunt. Vide 2 Reg. 18, 26. Isa. 36, 11, q. d.: Nulla cum illis erit communicatio; si victi impleverint misericordiam, non audientur. In lingua est communicatio, non modo sermonis, sed et affectuum; lingua est character mentis, et vinculum humanæ societatis. (Synopsis.)

quam, et prisam dicere volunt, et non obscuram, id est, quæ à multo tempore est. INTELLIGES, ad verbum, *audies*, pro intelliges.

VERS. 16. — VELUTI SEPULCRUM PATENS (1), q. d., multos suis sagittis conficiet. *Sepulcrum patens* solet multa cadavera recipere.

VERS. 17. — GLADIO (2), id est, bello acerrimo. *Gla diis* enim belligerantur.

VERS. 18. — ET ETIAM, verùm tamen, attamen. NON FACIAM VOBISCUM CONSUMATIONEM, vel, *consumptionem*. Quasi dicat: Non perdam vos ad unum. (Vid. sup. 4, 27.)

VERS. 19. — TU M DICES, sub. *ô Propheta*. DEO ALIENO. (Vid. Genes. 35, 2, eadem verba; propriè diis alienigenæ.)

VERS. 20. — ANNUNTIATE, sub. *ô prophete* (3). VERS. 22. — QUI POSUIT, posuit enim. ARENAM TERMINUM MARI, id est, litus arenosum ipsi Oceano. PRÆCEPTUM SEMPERITURUM, statuto sempiterno. Ad verbum, *aterritatis*.

VERS. 25. — DECLINANS ET REBELLE, vel, *pravum et perversum*. DECLINAVĒRUNT ET ABIERUNT, deficiunt ad alios, et recedunt, sub. à Deo vero. Chaldaeus paraph. *quoniam defecerunt à meo cultu, dereliquerunt*, vel, *captivi facti sunt*.

VERS. 24. — PLUVIAM, etc., ad verbum *pluviam et temporantem et serotinam*, q. d.: Qui dat pluviam reliquo tempore anni ad necessitatem hortorum et ad bibendum et ad ceteras necessitates tam hominum quàm jumentorum; et dat etiam pluviam *temporantem et serotinam* ad necessitatem proventus, quamlibet tempore suo, nempe in autumno et vere (vid. Deut. 11, 14, et Job. 29, 25), id est, eam quæ cadit mense martio, et eam quæ aprilis. HEBDOMADAS, id est, tempus quod messi congruit; vel, qui dat aliquot hebdomadas messi faciendæ; ut alludat ad septem hebdomadas quæ numerantur à Pascha. Quidam vertunt: juramentis statulis messum servat nobis; ut loquatur de juramento et pacto quibus meminit Gen. 8, 22, et Levit. 26, 4.

VERS. 25. — DECLINARE FECERUNT HÆC, id est, propter scelera vestra hæc accidit vobis. PROMIBUERUNT BONUM, id est, effecerunt ne assequamini bona quæ tantopere expetitis.

VERS. 26. — ASPICIT (4), hûc illuc aspiciunt ut qui

(1) PHARETRA ASPICIT, et quæ ex pharetra depromuntur sagittæ, quasi *sepulcrum patens*, sine numero et sine fine vos conficiet et absumet, quasi dicat: Chaldaei tam validi, tam certo ictu faciunt sagittas suas, ut quod jecerint, tot mortes creent. Ita ferè Theodorus, Lyranus, Maldonatus, à Castro et à Lapide. (Tirinus.)

(2) ET COMEDET SEGETES TUAS ET PANEM TUUM, etc., id est, destruet omnia bona tua in rebus, prole, et animalibus, et terra fructibus. (Lyranus.)

(3) ET AUDIUNT VACITE IN JUDA. Videtur hic idem esse Judo et domus Jacob, loquitur enim propheta duabus tribubus, non autem aliis decem, quæ jam pridem in Assyriam abductæ fuerant. (Menochius.)

(4) Aquila et Symmachus, *rectus quasi rete accipis*. Hier.: *Quodque nos diximus insiditans quasi accipies et in septuaginta non habetur*. Aquila et Symmachus *translulerunt verbum jussu quasi rete accipis*. Suspicio

disponunt laqueos capiendis avibus et statuunt pedicatas et hognes capiunt.

VERS. 27.—*DOLO*; id est, bonis fraude partis. *INNO MAGNIFICATI*, etc., ad ratione magni evadunt, et diti-scunt.

VERS. 28.—*IMPINGENTI SUNT*, etc., vel: *Obesi facti sunt, et nitida cate fuerunt*. ETIAM etc., ad verbum, *autem superardam facta pessimi* cuiusque. (Ita interpretatur Schindlerus ad radicem מִי in fine. Sed ad vocem וַיִּרְחַק verit̄ transcendit *res mali*, id est, malas seu adversas; eodem sensu quo mox, *prosperabuntur*; sed tunc præteritum, præteritum ab eis *res mala*. Vid. Ps. 75, 5. Veritas etiam licet, *neglexerunt* seu *dissimularunt facta malorum*, in iudiciis scilicet, ut mox.)

VERS. 50.—*RES ADMIRATIONE DIGNA, aut, facta (et horrenda) fiunt in terrâ hæc* (1).

VERS. 51.—*IN MANUS SUAS*, etc., manibus suis, ut scilicet pervertant causas. *ALII, per manus illorum, sub. pseudoprophetarum* (2). *Et populus meus*, etc.

legendum, *transulerunt* rectas quasi rete aucupis. Docent consequa verba: *Quia etiam qui bonis inter eos videtur et rectus, instar aucupis tendit insidias, dum invicem se venatur ad mortem, et aliorum damnis atque dispendiis suis complet domos, ut impulerit et philosophorum illa sententia: Omnis dicitur aut fatuus, aut hares iniqui.* Hoc pono, non statuo.

(1) Il s'est fait sur la terre des choses étranges, et qu'on ne peut écouter qu'avec le dernier étonnement. Les prophètes déchantant des mensonges comme des prophéties; les prêtres leur applaudissent, et le peuple y trouvaient son plaisir, etc.

Qui n'est étonné, après cette déclaration du Seigneur, qu'il s'était fait des choses étranges, et qu'on ne pouvait écouter qu'avec le dernier étonnement, que Dieu entendait parler des plus grandes abominations? Mais ses jugements sont très-différents des nôtres. Ces choses étranges et étonnantes à son jugement, étaient l'union et la conspiration générale des prophètes, des prêtres et de tout le peuple, pour se tromper mutuellement, les uns en prophétisant des mensonges, les autres en leur applaudissant, au lieu de leur résister ainsi qu'à de faux prophètes; et les peuples étant bien aises qu'on leur dit des choses plutôt agréables que véritables. Tel est le sujet, si on l'ose dire, de l'étonnement d'un Dieu, et dit devrait être le sujet de notre frayeur, puisqu'il s'est arrivé souvent dans l'Eglise même, et qu'il n'y arrive encore que trop souvent, que le peuple du Seigneur trouve un malheureux plaisir à être trompé par ceux qui, au lieu de les nourrir des vérités de l'Eglise, leur présentent des mensonges comme si c'étaient des vérités, et empoisonnent leurs âmes d'une manière d'autant plus funeste, qu'elle leur plaît davantage. Les prophètes, dit S. Jérôme, trompaient Israël par leurs fausses prédictions et les prêtres par les fausses explications de la loi; et le peuple aimait à être trompé par les uns et par les autres. *Alii futura prædicant; alii ex lege faciendâ decernunt; et populus meus dilexit talia.* (Sacy.)

(2) Sensus est: *Et sacerdotes plausuerunt in manibus eorum, neque prophetarum; ad verbum: Et sacerdotes descenderunt in manus eorum*, id est, assensu sunt falsis prophetis; assensuerunt enim, qui aliorum manibus applaudunt, et in eas quasi descendunt. *Alii ut Kimchi: Et sacerdotes captivi, videlicet numerata per manus eorum, aut: Super manus suas*. *Alii: Dominantur per prophetas ministerium præbuerunt sacerdotibus ad dominium eorum amplificandum*. Similiter J. D. Michaëlis: *Sacerdotes pro prophetis dominantur, nempe dum falsorum prophetarum vocibus populum regunt,*

Hebraismus, pro: *Hæc placent populo meo, q. d.: Delectantur in eo quod decipiuntur*. *IN NOVISSIMO VERSU* in fine ejus? nempe stuporis et fœditatis (6 v. precedenti). Chaldaeus paraph.: *Quid autem facietis in fine? id est, tandem.*

et ad quævis obsequia adigunt. Id autem Hebraei potius dicunt *hædhen*, hoc enim est per manus eorum, et ministerium plerumque denotat. *Ad aliedhem* propriè est: *Secundum manus eorum, iuxta eos*. *At iud* passim pro *iuxta*, Exod. 2, 5; Num. 15, 29; Jos. 15. Hinc quando de personis dicitur, usurpat sæpè de eo, iuxta quem quis ita est, ut manum ejus, id est, ductum, regimen et nutum sequatur. Sic I Chron. 15, 2, dicitur constitui filii Asaphi, ut essent sub ductu Asaphi, qui propheta sub ductu regis, ut et vers. 5, filii Jeduthan, et vers. 6, filii Heman dicitur fuisse sub ductu patris sui in cantu domus Jovæ; ubi Asaph, Jeduthan et Heman dicitur fuisse sub ductu regis. Dicitur et de eo, iuxta quem quis ordine saltem est, ut procedentem ordine sequatur. Sic 2 Chron. 17, ubi dicitur, quod Josaphat ordine recensetur, vers. 11, primum nominatur *Adna*, deinde, post eum *Joannes*, et post eum, *Amasia*, ut rectè vertit Vulgatus. Junius: *Et secundum eum*. Eandem phrasin in oribus Levitarum vido 2 Chron. 34, 15, et in ordinibus eorum, qui unus post alium restorationi templi incumbant. *Ne hem. 5, 2, 4, 5*. Ita et hoc loco capio, ubi primo loco collocantur propheta, qui mœdicatur prophetabat, deinde adduntur sacerdotes, qui, secundum manus eorum, id est, post eos eorumque ductum et auctoritatem sequentes, dominati sunt. Sic interpretatur Jerchi: *Quasi dicit: Post eos, sicut 2 Sam. 15, 18, 25: Et res manabat, et totus populus transibat post eum*. Sed et Kimchi adhaerens sententiam eorum, qui, *redu* hic capunt significationem domini, dicit secundum manus eorum esse secundum voluntatem eorum, adeo ut non tam ministerium quam auctoritas eorum hic indicetur, quod fulti sacerdotes pro arbitrio sunt dominati. Majoris enim auctoritatis erant propheta, quam sacerdotes, quia illorum extraordinarium, horum ordinarium erat munus. Aliam planè interpretationem dat Jonathas: *Et sacerdotes jurant super manus suas*, id est, falsos prophetas quasi super manus suas captivi et gestant, alique ita jurant eos. *Ita* duntaxat capiendi significationes: nec est inter; retatio quam dat inepta; imò vigi aliam caperet verba, si legeretur *capitum* eos; facta autem adfixum subinteligitur. Tum sensus est, summum inter falsos prophetas et sacerdotes esse consensum; hos illos non tantum non resistere, sed et supra manus suas capere, ut tueantur et adjuvent. Id supra simpliciter est quam ut intelligas, accepisse eos in manus suas munera, quod voluit Kimchi. Ludov. de Dieu. Nos quidem haud dubitamus, priorem illam à viro doctissimo usu formata à ledem sit prolata interpretationem genuinum loci sensum exhibere. Minus accuratè eum Schurrerus exponit hoc modo: *accumbant, quæ ipsi docent, propheta, ad consilia sacerdotum, quibus id unice constitutum est, ut suam auctoritatem tueantur, et suo, non publico, commodo inserviant. Et populus meus amat ita, se tractari, non illibenter se decipi patitur*. Schleusnerus ante amat excidisse non suspicatur, et *ken* hic *rectum*, virtuti et probitati consentaneum, ut Exod. 10, 29, Cohel. 15, 10, significare existimat. Quam conjecturam merito improbat Schurrerus. *Quid enim*, inquit, *i possit* magis ad illud appositè dicitur quam hoc: et populus, *et qui mens esse debebat, amat hoc ita esse, hoc est, licet* debent se decipi patuntur homines isti à me aballicati? *Quid dicitur verò facietis ad fœm ejus? Verò: Quid demum potestis facietis? Dupliciter hoc sensum sustinet, sive hunc, quem Balthus expressit: quousque tandem ructis? sive hunc: quid illi facietis, irruentibus divinis supplicis? Grotius: *Quid facietis et posthac?* id est, quò non evadet ista improbitas, nisi ego eam penis represso? (Rosenmuller.)*

CAPUT VI.

CHAPITRE VI.

1. Confortamini, filii Benjamin, in medio Jerusalem, et in Thecua clangite buccinâ, et super Bethacarem levate vexillum: quia malum visum est ab aquilone, et contritio magna.
2. Speciosa et delicata: assimilavit filiam Sion.
3. Ad eam venient pastores et greges eorum; fixerunt in eâ tentoria in cirentu: pascet unusquisque eos qui sub manu suâ sunt.
4. Sanctificate super eam bellum: consurgite, et ascendamus in meridie: vae nobis, quia declinavit dies, quia longiores factæ sunt umbræ vesperii.
5. Surgite, et ascendamus in nocte, et dissipemus domos ejus.
6. Quia hæc dicit Dominus exercituum: Cædit lignum ejus, et fundite cira Jerusalem aggerem: hæc est civitas visitationis, omnis calumnia in medio ejus.
7. Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam: iniquitas et vastitas audietur in eâ; coram me semper infirmitas et plaga.
8. Erudire, Jerusalem, ne forte recedat anima mea à te, ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem.
9. Hæc dicit Dominus exercituum: Usque ad racemum colligent, quasi in vineâ, reliquias Israel: convertite manum tuam quasi vindemiator ad cartallum.
10. Cui loquar? et quem contestabor ut audiat? ecce incircumcisæ aures eorum, et audire non possunt: ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, et non suscipiunt illud.
11. Idcirco furor Domini plenus sum, laboravi sustinens: effunde super parvulum foris, et super consilium juvenum simul; vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno diernum.
12. Et transibunt domos eorum ad alteros, agri et oxores pariter; quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus.
13. A minore quippe usque ad majorem omnes avaritiae student; et a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.
14. Et curabant contritionem filia populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax: et non erat pax.
15. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, et erubescere necierunt; quam ob rem, cadent inter ruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.
16. Hæc dicit Dominus: State super vias, et videte, et interrogate de semitis antiquis, que sit via bona, et ambulante in eâ; et invenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt: Non ambulabimus.
17. Et constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus.

1. Armez-vous de force, enfans de Benjamin, au milieu de Jérusalem; faites retentir la trompette à Thecua, levez l'étendard sur Bethacara, parce qu'il paraît un mal du côté de l'aquilon, et que ce mal vous menace d'un grand ravage.
2. Je puis comparer la fille de Sion à une femme belle et délicate.
3. Les pasteurs vendront avec leurs troupeaux; ils dresseront leurs tentes autour de ses murs, et chacun dirigera les gens qui seront sous son commandement.
4. Préparez-vous tous à lui déclarer la guerre; allons! montons sur ses murs en plein midi. Mais malheur à nous, parce que le jour s'abaisse, et que les ombres sont devenues plus grandes sur le soir.
5. Allons, montons sur ses murailles la nuit même, et renversons toutes ses maisons.
6. Car voici ce que dit le Seigneur des armées: Coupez les arbres d'alentour, et faites un rempart autour de Jérusalem; c'est la ville destinée à ma vengeance, parce que toute sorte de calomnie règne au milieu d'elle.
7. Comme la citerne rend froide l'eau qu'elle reçoit, ainsi cette ville a fait de sang-froid les actions les plus criminelles. On n'entend parler en elle que d'injustice et d'oppression; et le cri des personnes languissantes et couvertes de plaies monte sans cesse devant moi.
8. Jérusalem, rentrez en vous-même, de peur que je me retire de vous, et que je ne vous réduise en un désert et en une terre inhabitée.
9. Voici ce que dit le Seigneur des armées: On prendra tout ce qui sera resté d'Israël, comme on coupe dans une vigne jusqu'à la dernière grappe de raisin. Retournez, s'entre-dirent les vendangeurs, et mettez dans votre panier ce que vous trouverez de reste.
10. A qui adresserai-je ma parole? et qui conjurerai-je de m'écouter? Leurs oreilles sont incircumcises, et ils ne peuvent entendre; ils n'ont que du mépris pour la parole du Seigneur, et ils ne veulent point la recevoir.
11. C'est pourquoi je suis plein de la fureur du Seigneur; je ne puis en soutenir l'effort: Seigneur, répandez en même temps votre indignation sur les troupes des jeunes hommes et sur les petits enfans qui sont dans les rues. Car l'homme et la femme seront pris ensemble, celui qui est avancé en âge avec ceux qui sont dans la dernière vieillesse.
12. Leurs maisons, leurs champs, et leurs femmes même passeront à des étrangers; car j'étendrai ma main sur les habitants de la terre, dit le Seigneur.
13. Parce que, depuis le plus petit jusqu'au plus grand, tous s'étudient à satisfaire leur avarice, et que, depuis le prophète jusqu'au prêtre, tous ne pensent qu'à tromper avec adresse.
14. Et ils pansaient les plaies de la fille de mon peuple d'une manière honteuse, en disant: La paix, la paix, lorsqu'il n'y avait point de paix.
15. Ils ont été confus, parce qu'ils ont fait des choses abominables; ou plutôt la confusion même n'a pu les confondre, et ils n'ont su ce que c'était que de rougir; c'est pourquoi ils tomberont parmi la foule des mourans, ils périront tous ensemble au temps destiné à leur punition, dit le Seigneur.
16. Voici ce que dit le Seigneur: Tenez-vous sur les voies, considérez, et demandez quels sont les anciens sentiers pour connaître la bonne voie, et marchez-y; et vous trouverez la paix et le rafraîchissement de vos âmes. Mais ils m'ont répondu: Nous n'y marcherons point.
17. J'ai établi des sentinelles sur vous, et je vous ai dit: Écoutez le bruit de la trompette. Et ils ont répondu: Nous ne l'écouterons point.